

ἃ τ' ἐν τάφῳ πετραίῳ,
αἰαῖ, δακρυεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

150 οὐ τοι σοὶ μούνα, τέκνον, εὐροφή β.
ἄχος ἐφάνη βροτῶν,
πρὸς ὃ τι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσά, 155
οἷς ὁμόθεν εἶ καὶ γονᾶ ζύναιμος,

V. 148. Cave scribendum putes ἃ γ', quod Monkius dubitat an praestet. Vide quae dixi ad Oed. R. 688. Respicit h. l. Eustathius p. 1368, 27. (1508, 10.)

V. 149. *Αἰεῖ*, quod Brunckius atque Erfurdtius ediderunt, correctori deberi puto. Triclinius eam scripturam commemorat. Sic Livineii MS. v. Brunckii codex *αἰεῖ*, cum glossa *αἰεῖ*. In Ang. b. qui cum caeteris libris *αἰ αἰ* habet, adscriptum, γρ. *αἰέν*. Etiam Eustathium *αἰ αἰ* legisse conicias, qui sic scribat p. 1368, 27. (1508, 10. ed. Bas.) *ἐνθα φησὶν ἐν πετραίῳ τάφῳ τὴν Νιόβην δακρυεῖν*. Non improbo Brunckii, Musgravii, Erfurdtii iudicium, *αἰεῖ* praeferentium, quod hoc adverbium ad rem accommodatissimum sit. Sed movet me tamen et librorum auctoritas, et quod in stropha eodem in loco istae voculae sunt, ut genuinum esse putem *αἰαῖ*. Cave vero sic eas intelligas, ut Niobae sortem gemere Electram putes: nam illam pro exemplo tantum commemorat sed de se ipsa cogitans ita exclamat. Vnde recte Triclinius: *ταῦτο οὐκ ἔστι (f. οὐκέτι) πρὸς τὴν Νιόβην, ἀλλὰ διὰ μέσου ἢ Ἡλέκτρα τίθησιν*.

V. 151. Aliud agebat Monkius, quum versus integrandi causa οὐδ' ἄχος scribi posse diceret. Id significaret, non tibi soli ne dolor quidem apparuit.